

Nicolaus Schütze Gerhard Gransin

Disputatio Iuridica De Furto Et Rapina,

Rostochi[i]: Reusnerus, 1636

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn731648064>

Druck Freier  Zugang



Diebstahl und Raub

N. Schütz (S. Grassin) Vert. 1a
R. U. Nr 1636.

37

DISPUTATIO JURIDICA
DE
FURTO ET RA-
PINA,

Quam
DEO DUCE ET AUSPICE

EX
Magnifici & Amplissimi J. Coorum
IN ALMA ROSARUM ACADEMIA
Ordinis permissu

PRÆSIDE

VIRO

AMPLISSIMO ET CONSULTISSIMO

DN. NICOLAO Schützen /

J. U. D. Professore Codicis Publico, Præcep-
tore, Promotore ac Adfinesuo
venerando,

publicè placideq; examinandam proponit

GERHARDUS GRANSIN, Lubec.

20. Die 17. Augusti, in Auditorio Majori
horis matutinis.



ROSTOCHI,

Typis JOHANNIS REUSNERI;

ANNO M. DC. XXXVI.

VIRIS





Urpe est difficiles habere nugas, Et
 stultus labor est ineptiarum Poëta ce-
 cinio, Rectè igitur *J. Cuius* monet, ut
 quotidiana attingamus plenius, in l.
 25. pr. ff. de Liber. leg. reliqua vero sal-
 tem generaliter, arg. l. 7. §. scire. i. ff. de
 pecul. non adeò curantes ea quæ perra-
 rò accidunt, l. 5. & 6. ff. de LL. Furtis

Passer
Tachospila

verò & rapinis quid his temporibus est frequentius? Sa-
 ne ea hodiè multis res alienas auferendi rapiendiq; inest
 libido, ut huic coercendæ neq; tormenta neq; cruces suf-
 ficiant, *VVes. in π. ff. h. t. n. i.* Quod cum ita se habeat,
 nemo mirabitur, quod præsentì disputatione de duobus
 istis privatis delictis agere in mentem mihi venerit, præ-
 fertim cum in hac quoq; materia multa & scitu & obser-
 vatione necessaria, ac ventilatione etiam dignissima
 occurrant. Cum vero quicquid agimus, in nomine
 Domini incipere debeamus, *c. non observetis, 26. q. 7. Nov.*
80. in pr. Nov. 87. & Nov. 109. l. 2. in pr. C. de præf. præf. Afric.
 ideo hanc quoq; disputationem in nomine Domini no-
 stri Jesu Christi exordior, nullus dubitans, quin hoc in-
 vocato nomine secuturum sit bonum initium, melius
 medium, & optimus finis, *uti habet gl: sup. rubr. gener. just.*
in verb. Jesu Christi.

THESIS I.

Styque.

Prima autem cura in eo debet versari, ut constet unde nomen descendat l. i. in pr. ff. de f. & J. sciendum igitur aliquot extare vocabuli Furti Etymologias, Una est Varronis, quem Labro secutus est n. l. i. ff. de furt. qui dici putat à Furvo, h. e. atro & obscuro, quod obscure, clam, & plerumq; nocte fiat, quæ atra est. Quæ derivatio non placet Gellio, qui à græco φῶρ, quod à φέρω seu ferendo aut auferendo est, potius dicendum autumat, lib. i. Noct. Att. c. 18. quam amplectitur Wesembec. qui probabiliorē eam & rei esse convenientiorem asserit, cum non nisi auferendo vel contrectando furtum fiat, in π ff. h. t. n. 2. Est & alia Sabini, qui à fraude derivati asserit, d. l. i. Verum licet hic cuiq; in suo sensu abundare, & quam velit, amplecti, cum omnes à Jotis quibus verborum quidem prior, at rerum potior ratio est, probatæ sint. Vult. ad §. i. n. i. just. de obl. ex del.

II. Definitor Furtum, Quod sit, Contrectatio fraudulosa vel ipsius Rei, vel usus ejus possessionisve, lucri faciendi gratiâ, quod lege naturali prohibitum est admittere, d. l. i. in fin. §. i. just. de obl. quæ ex del. & ibi DD. comm.

III. Furtorum duo sunt genera, Aliud Manifestum, aliud Nec manifestum dicitur. Fur Manifestus est, quem Græci ἐν αὐτῷ φῶρῳ appellant, h. e. qui vel in ipso furto, vel in loco, in quod furtum faciebat, vel antequam eod, quod perferre destinaverat, i. e. quod eod die destinaverat cum furto manere, per l. 4. ff. de furt. sive in publico, sive in privato, vel à Domino vel ab alio cum refurtivâprehenditur, per l. 3. & 5. ff. d. t.

IV. Idem est, etiamsi non deprehendatur sed à Domino seu alio conspiciatur, & acclametur, §. furtorum, autem, 3. Inst. de obl. ex del. l. si quis, 7. ff. d. t. Schn. Vult. & alij ad d. §. 3.

V. Istamen qui furem deprehendit cogitur eum ad iudicem ducere, Nam si eum apud se detinuerit, custodiam privati carceris exercet, & utimi supplicij pœnam incurrit, sehn. §. furtorum n. 4. heic, per l. unic. §. de priv. carcer.

VI. Quod

VI. Quod si quis quod destitavit, rem furtivam petulit, tametsi cum eâ deprehendatur sive videatur, Manifestus non dicitur, l. 7. ff. h. t. & §. 3. in fin. iust. de obl. ex del.

VII. Nec Manifestum furtum quid sit, facile ex antea dictis colligi potest, Contrariorum enim eadem est disciplina, ita ut cognitio contrariorum uno, alterum quoq; cognoscatur juxta gl. in verb. nec manifestum, hic, & DD. in st. de hâ qui sui vel alieni jur. sunt. Quod igitur Manifestum non est, id scil. nec manifestum dicitur, inquit ICRus in l. 8. ff. d. t. & §. 3. Inst. d. t.

VIII. Quæ furti divisio hodiè quoq; obtinet, & cum sublata nospiam sit merito etiam retinenda est, arg. l. saucinus. C. de Testam. quippe quæ nostris quoq; moribus non inutilis est, cum aperte in Constitutione Carolina Peinlicher Halsgerichts Ordnung exprimitur, ad pœnam vel leniendam vel exasperandam, Vide art. 157 v. Ehe er damit in seine gewarsam kompt / & art. seq. ubi disertè distinguitur offentlicher vnd heimlicher Diebstahl / quo ad pœnam, Treuil. vol. 2 d. 30. th. 2 lit. b.

IX. Distinguitur quoq; furtum in conceptum & oblatum, Prohibitum & Non exhibitum, quæ furtorum genera apud veteres in usu fuerunt Justinianus autem potius species actionis furti coherentes esse, quam genera furtorum, inquit in §. 3. Iust. de obl. ex del.

X. Conceptum furtum est, cum apud aliquem testibus presentibus furtiva res quaesita & inventa sit. In eum propria constituta est actio, quamvis fur non sit, quæ appellatur Concepti, §. conceptum 4. iust. d. t.

XI. Atq; in hoc furto singulares ritus recepti erant, Lance nimirum & Licio adhibitis Gell. lib. 11. Noct. Att. c. ult. Lancea quidem, quæ erat patina rotunda & ampla propter matrum-familias aut virginum presentiam ante oculos tenebant: Licio autem indicabant, fieri eam inquisitionem auctoritate magistratus. Qui enim præministrabant magistratibus, licio transverso, quod lincium appellatur cincti erant, uti refert Gell. lib. XII. c. 3. Quamvis aliter Alex. ab Alex. & præter cum alij id exphecent, quod scil. fures dum in alienas ædes intrabant, plerumq; lincium ferebant

bant, quo furtum alligarent, & lancem præ oculis ne innotescerent. *lib. 6. Gen. dier. c. 10.*

XII. Oblatum furtum dicitur, cum res furtiva ab aliquo tibi oblata sit, eaq; apud te concepta sit, utiq; si eâ mente tibi fuerit data, ut apud te potius, quam apud eum, qui dedit, conciperetur. Nam tibi, apud quem concepta sit, propria adversus eum, qui obtulit, quamvis fur non sit constituta est actio, quæ appellatur oblata, *d. §. conceptum, 4. v. oblatum.*

XIII. Prohibiti furti actio est adversus eum, qui furtum quærere testibus præsentibus volentem prohibuerit. *d. §. 4. v. est etiam.*

XIV. Non exhibiti furti actio est adversus eum qui rem furtivam apud se quæsitam & inventam non exhibuit, *d. §. 4. v. præterea*, Quas tamen omnes actiones in desuetudinem abiisse ibidem dicitur.

XV. Hic autem quæritur, An res furto sublatas hodiè in alienis ædibus inquirere licitum sit? Quod affirmo *per d. §. 4. ibi, cum requisitio rei furtivæ secundum veterem observantiam non fiat.* hinc colligo, adhuc quoq; eam posse fieri, sed aliter, Ita nimirum, ut si signa vel indicia contra eum, apud quem res illas esse suspicamur, extent sufficientia, Magistratus interveniat autoritas & personæ adhibeantur publicæ, *Schn. Borch. & DD. comm. ad d. §. 4.* Est autem Judicis diligenter animadvertere, ne inquisitionem hanc cuivis facillè concedat, cum furti suspicio, qua non caret is, in cujus domo res furtiva quæsitæ fuerit, viri honesti & probi existimationem lædat, & fieri facillè possit, ut homines malevoli, cupientes ei, quem oderunt, aliquam notam incurrere, hanc petant, uti rectè monet *Bonifac. in tr. de furt. §. conjectatio, n. 83. quem citat Berns disp. 13. th. 5.* Et aliàs sub hoc prætextu ædes nostræ, quæ tutum & liberum nobis præbere debent refugium, hominum curiositati & violentiæ servirent, *l. pleriq; 18. ff. de injur. vocando.* Quod ne fiat, is, qui eas invito Domino intrare conatus, injuriarum actione tenetur, *l. qui in domum, 23. ff. de injur.* Imò valde durum est aut inhumanum rei familiaris publicatione & paupertatis vilitatem detegi, vel divitias invidiæ subijci, *l. 2. v. quid enim tam durum, c. quando & quibus quart. pars debet.*

xvi, Ob

XVI. Ob causam tamen, ut si evidens utilitas publica illud suadeat, inquisitio nullis extantibus judicijs etiam hodiè permittitur, *l. omnis 6. in fin. C. de Apue duct. Harpr. in tr. crim. ad S. conceptum n. 13. Lindem. disp. 8 th. 14. & alij.*

XVII. Quid si jam furtiva res in ædibus alicujus inventa sit, anne is fur exinde statim præsumendus est? Minimè, in dubio enim in mitiorem partem excluso delicto præsumimus, *per l. merito. 51. ff. pro socio, maximè si persona honesta est & inculcata, arg. l. non omnes. § 5. à barbari, 6. ff. de Re Militari. vide d. §. conceptum, 4. & c.*

XVIII. Ne tamen sinistra quid de tali suspicari aliquis possit, indicare debet venditorem vel auctorem, *per l. civile, 5. C. de Furt. & Serv. corr.* Nam à transeunte & ignoto te emisse dicere, non convenit volenti evitare alienam bono viro suspicionem, *per d. l.*

XIX. Quamvis vero bonâ fide te emisse jam constet tamen res illa restituenda est Domino absq; ulla pretij refusione, *per l. in-civilem 2. C. de furt.*

XX. Sunt etiam plures furtorum distinctiones, quarum usus in penâ leniendâ vel exasperanda vertitur, *Treutl. fol. 2. d. 30. th. 2. lit. h.*

XXI. Dicitur enim aliud Nocturnum, quod noctu, aliud Diurnum, quod interdum fit. Illud est atrocius, quia delictum nox aggravat, *l. aut facta, 16. ff. de Pœnis.* & nemo tunc scire potest, num furandi, an occidendi animo accesserit. *c. si perfodiens, extr. de homicid.*

XXII. Hinc lege XII. Tab. licet Nocturnum furem impunè occidere, modo acclametur, *l. 4. ff. ad L. Aquil. Alex. ab Alex. lib. 6. gen. dier. c. 10. nec possit quis ei sine periculo parcere l. furem, 9. ff. ad L. Cornel. de sicar.* Non vero furem diurnum, nisi se defenderit telo, h. e. vel ferro, vel lapide, vel alio quodam quod nocendi causa habetur, *l. 54. §. 2. ff. h. r. & d. l. 4. ff. ad L. Aquil.* Is enim potest accusari, *Schn. § injuria, n. 7. justit. ad L. Aquil.* Ex quo sequitur, quod si ignotus esset & fugeret, ita ut sine periculo ei parcere non possim impunè à me occidi possit. *Schn. d. l. Confir. Crim. arch. 150. §. 5.*

xxii Intel-

XXIII. Intellige autem hæc de furto rei magnæ, secus enim in re vili est, fortè duorum aureorum *l. si quis. 9. cum l. seq. ff. de dolo malo.* Nam cum pro re vili non detur famosa actio, *d. l. 9. vita verò & fama æquiparentur, l. iusta causa, 9. in pr. ff. de Manu- miss. Vindict.* cur pro re vili quenquam occidi posse dicamus? Vide *Schn. l. e. & Everhard. Topic. loco à Majori. n. 3.*

XXIV. Dicitur quoq; aliud furtum simplex, aliud Impro- bium, aliud Improbius, aliud famosum, aliud Domesticum, de quibus vide *Wes. in π. de furt. n. 8.* Nos ordine jubente ad causam Efficientem progredimur.

XXV. Estigitur causa Efficiens Furti fraudulosa contrectan- tis voluntas. *Wes. in π. ff. h. t. n. 9.* Voluntas n. & propositum delinquentis distinguit maleficia, *l. qui injuria, 53. nec furtum com- mittitur, nisi adfuerit affectus furandi, & in vicium Dominum re sua defraudandi, per §. placuit tamen. 7. inst. de obl. ex del. l. penult. in fin. ff. condit. causa data, l. inter omnes, 46. §. rectè dictum, 4. ff. h. t.*

XXVI. Exinde colligere licet. Quorum nulla est voluntas, eorum neq; furtum esse posse. Non ergò furtum committit insans, & infantiæ proximus, nondum n. doli sunt capaces. Proximus autem pubertati, doli capax ex furto homicidio & omni delicto tenetur *l. impunitas, 7. C. de Pœnis. & l. excipiantur. 14. ff. ad §. Scim. filian. l. pupillum, III. ff. de R. I.* non tamen de Adulterio, cum id post pubertatem demum incipiat. *l. si minor, 35. ff. ad L. Jul. de A- dulter.*

XXVII. Similitè nec furiosus furtum committere potest, quia mente caret, *§. i. iust. quib. non est permis. sac. testam. Et furor mentis est. cœcitas, Cie, 3. Tuseul. quasi.* Quemadmodum nec furio- sus occidens patrem punitur, cum affecto non sit addenda aff. ctio modo non simulet furorem, aut committat delictum dilucidi in- tervalli tempore, per *l. Divus, 14. ff. de off. præsid.*

XXVIII. Verum, si quis delictum commisit eo tempore, quo adhuc compos mentis fuit, propter quod ad mortis pœnam est condemnatus, & post sententiam latam furiosus efficiatur, anne ea sententia executioni mandanda sit quaritur? Et quamvis inspe- cto juris rigore id dicendum videatur, mitior tamen in pœnis via arripienda est, *l. interpretatione 42. ff. de pœnis, præsertim cum furio- sus*

tas alias loco absentis & quiescentis l. 2. §. furiosus, ff. de jure Codicil.
imò mortui, juxta Baldum, & l. bonorum 24. ff. rem. rat. hab. habeatur,
Eumq; non in corpore, sed tantum in bonis puniri debere statuit
Bald. & alij, in d. l. furiosus. vide. sehn. ad §. praterca. n. 12. 13. 14. instis.
quib. non est permiss. fac. Test. & Perr. d. Plaza, Epit. del. lib. 1. c. 29.

XXIX. Furtum autem fit vel in Ipsa Re, vel in Usu Rei,
vel in ejus Possessione, de quibus singulis ordine dispiciemus.

XXX. Res quod attinet intelligo Mobiles & corporeas, ut
animalia pecuniæ, Tabulæ, l. qui tabulas, 27. l. si quid fur. 22. §. fin. l.
52. §. 12. 20. 23. ff. h. t.

XXXI. Rei namq; immobilis propter sui immensitatem
furtum fieri non dicitur. l. verum est 25. ff. de furtis. Wes. n. eod. n. 3.
Schn. ad §. furtum est, n. 4. Instis. de obl. ex del. quanquam aliter ve-
teres putarunt, per l. quare, 38. ff. de Usuc. & §. 2. vers. abolita Inst.
eod. uti nec rei incorporeæ cum neq; tangi neq; contrectari possit,
l. servus, §. incorporales, ff. de A. R. D. quia nullum corpus interve-
nit, in l. si is qui, 75. ff. h. t.

XXXII. Oportet a. res esse alienas, Rei enim propriæ fur-
tum fieri non potest. l. qui injuria, 53. §. fin. ff. h. t. & l. si is qui 59. eod.

XXXIII. Pro alienis rebus hic quoq; habentur, Res Com-
munes sc. Respectu portionis, quæ est socij. Si enim ex duo-
bus socijs alteruter rem utriq; communem subvertat, furtum com-
mittit, quatenus non est sua sed socij. per l. si socius 45. ff. h. t. & l. rei
communis 45. ff. pro socio.

XXXIV. Furto auferuntur etiam res Civitatis, cum sint in
bonis Univerforum, l. ob pecuniam, 31. ff. de furtis. quanquam &
crimen peculatus committi dicatur, in l. 4. §. fin. ff. ad L. jul. pecul.
de quâ in discursu pluribus.

XXXV. Interdum quoq; fit furtum liberorum hominum ve
si quis liberorum nostrorum, qui in potestate nostrâ sit subreptus
fuerit, §. interdum 9. Inst. de obl. ex del.

XXXVI. An autem furtum fiat si domesticæ personæ, puta
Uxor, Liberi, Servi, res aliquas surripiant patrifamilias, cum hæ
res videantur quasi propriæ dubium est? Et dicendum, furtum
ab his personis committi, remq; furtivam, & ita vitiosam, ut usu-
capi nequeat, antequam in potestatem Domini revertatur, effici.
§. hi qui in parentum, 12. Inst. d. t. l. fin. §. 4. C. eod. B 37. Equè

XXXVIII. Equè furtum committitur in re minimâ & valoris modici, quemadmodum in re majoris pretij, quod ad delictum attinet, *Wes. π. ff. h. t. n. 10. per S. gallinarum. 16. inst. de Rer. divis. & DD. ad d. §. 16.*

XXXVIII. Alienæ verò dici non possunt, quæ nullius sunt in bonis, *Wes. l. c.* Non ergo furtum est rerum hereditiarum, *l. hereditaria 69. ff. de furt.* nec etiam derelictarum, non enim fit furtum nisi fit qui fiat, *l. falsus, 43. §. 7. ff. d. t.* neq; etiam jure Saxonum inventarum, *lib. 2. artic. 37. VVes. d. l.*

XXXIX. Sed debet is qui rem, cujus dominum ignorat tulit, jure nostro publicè proposito libello indicare inventionem, ut ostendat se reddere paratum, *d. l. falsus, 43. §. 8. & Bartol. ibid.* Qua nunciatione factâ, si non compareat, qui repetit, inventor inops eam retinere potest, dives autem pauperibus eam distribuere tenetur, *DD. ad Authent. omnes peregrini, C. communia de success. VVes. d. l. Forster. de dominio. c. 9. n. 88.*

XL. Hæc de Rebus ipsis. Usus verò & possessio quamvis sint res incorporales, & ideo nec contrectari propriè, nec furto auferri videantur, quia tamen sunt jura rebus in hærentia, ideo & eorundem rectè furtum fieri dicitur. *Lindem. disp. §. th. 9. per l. 1. §. Scavola ait. 9. ff. si is qui Testam. liber.*

XLI. Fit autem furtum in usu Rei, quando usum rei alienæ in suum lucrum quis convertit, *l. si pignore, 45. §. 1. ff. h. t.*

XLII. Ergo furtum Creditor committit, si utatur pignore, *S. 6. v. itaq; sive, Inst. de Obl. ex del. & d. l. 54. in pr.* Nam manente proprietate debitoris ejus sola est possessio, *l. cum & sortis, 35. §. fin. ff. de pignorat. Act. l. 16. de Usurp. & Usucap.*

XLIII. Quin etiam Depositarius si re apud se depositâ utatur, cum custodienda illi, non usenda data sit, *per d. §. 6. Inst. de obl. ex del.*

XLIV. Item Commodatarius si rem quam utendam accipit, ad alium usum transfert, v. g. Si argentam acceperit, quasi ad cænam amicos invitaturus, & peregrè id secum tulerit, vel si equum gestandi causâ datum longius aliquò duxerit, *per l. jumentum, 40. ff. h. t. & d. §. 6.* aut etiam alij rursus commodarit, De alieno enim largiri & beneficij debitorem sibi acquirere, furci est species. *per l. 54. §. 1. in fin. ff. de furtis.*

XLV. Pla-

XLV. Placuit tamen, eos qui rebus commodatis aliter uterentur, quam utendas acceperint, ita demum furtum committere, si se intelligant, id invito Domino facere, eumque si intellexisset, non permissurum; at si permissurum credant extra crimen videri, optimam sane distinctionem, quia furtum sine affectu furandi non committitur, inquit *Imp* in §. placuit 7. *Inst. de obl. ex del. adde l. 46. §. 7. l. quire, 76. b. t. & l. furtum, 37. in pr. ff. de Usurp. & Usuc.*

XLVI. At si aliquis credat se invito Domino rem contractare commodatam, & tamen id eo volente factum sit, anne furtum commissum esse dici possit, quaeritur? Expresse negat id *Imp.* in §. sed etsi, §. just. d. t. quis enim voluntate Domini habeas furtum dici potest, inquit *Ulpian.* in l. qui vas, 48. §. qui ex voluntate, 2. ff. b. t. Sed hæc ita intellige furtum non fieri, habito respectu ad Effectum furti sc. Actionem, quo Effectu negato, ipsa causa nempe Furtum negatur. Alias enim si inspiciatur natura furti & fraudulosa contractantis voluntas furtum revera factum esse constat, & ita loquitur l. inter omnes, 46. §. per contrarium, §. ff. h. t. vide *Vult. ad §. 1. n. 32. Giph. ad §. sed etsi, & alios, Inst. h. t.*

XLVII. Aliud exinde fluit dubium, si sc. iudex malefactorum contra aliquem inquitat de furto, & processu pendente Dominus coram Iudice fateatur, rem voluntate sua fuisse contractatam, anne tum talis Domini confessio contractantem liberet? Et comm. est opinio, quod non. Hac enim ratione multi impuniti evaderent, contra regulam in l. ita vulneratus, 51. §. quod si quis, ff. ad l. Aquil. nisi ex circumstantiis aliud verosimiliter colligi possit, puta si sit consanguineus, vel amicus, vel si in similibus aliis quando ejus animus sit expertus vel si sit res exigua & vilis, *Vult. Schn. Borcb. & DD. comm. Inst. h. t.*

XLVIII. Recte autem sibi prospiciet, ne postea quaestionem patiat, si rem in alium, quam accepit, usum translaturus, protestetur sed id ideo facere, quod credat Dominum esse permissurum, ut ad §. placuit, *Inst. d. t. comm. interp. annotant.* Protestatio enim præcedens animum protestantis declarat, *Bartol. in l. omnes populi, n. 3. & voluntatem verba demonstrant, per l. Labeo 7. ff. de Supell. legata. Bal d. in l. sed & reprobari in pr. ff. de Excus. Tutor.*

XLIX. Si quis Equum retineat ultra tempus conductionis, quid juris sit, in quaestionem venit? Sanè non committitur furtum si Equus conducì solebat, videtur enim is pro eodem reconduxisse pretio. *Schn. ad d. §. placuit, n. 3.* Secus est si non sit Equus meritorius, & à Domino locati non soleat, per *l. qui jumenta, 40. & l. qui re. 76. ff. h. t.*

L. Deniq; fit furtum in solâ rei possessione. Nam aliud notum est, semper interverti possessionem, quando furtum fit, Et aut furtum non fit, aut si fit furtum, possessionem interverti necesse est, uti notat *Borch. ad §. 1. Inst. de obl. ex del. per l. 1. §. Scavola, ff. si is qui Testam. liber.*

LI. Patratum possessionis furtum, quando quis alterius possessionem intervertit, ut, si Colonus suo nomine possidere, vel rem conductam in alium transferre velit, *Gell. lib. XI. C. ult.*

LII. Pari ratione & Debitor furtum facit, si rem, quam pignoris loco Creditori dedit, subtrahat, §. aliquando, 10. *Instit. h. t. l. in actione, 19. §. qui rem pignori fin. ff. h. t.*

LIII. Hic quaeritur, An Debitor, qui surripuit Creditori pignus, à furto sit absolvendus, si furti conventus se præbeat paratum ad solvendum? Quod minimè videtur, *p. l. non prodest, 5. ff. vi bon. rapt. & id verum nihilo secius est, quamvis mutato consilio postea id Creditori reddiderit, l. quia manet, 12. ff. de servo corrupto.* Neq; enim ex sua poenitentia nocens esse quis potest desinere, per *l. quò eâ mente, 65. ff. h. t. adde l. quis sit fugitivus, 17. in pr. ff. de Edict. l. Edicto. Vand. lib. 1. quaest. 35. Treutl. vol. 2. disp. 30. th. 1. lit. d.*

LIV. Forma furti est ipsa Rei Contrectatio. Sola enim cogitatio furtum non facit, cum cogitationis poenam nemo patiatur, per *l. cogitationis, 18. ff. de poenis*, nec potest quis vel verbo vel scripturâ furtum committere, *l. si quis uxori, 52. §. neq; verbo, 13. & l. insciando, 67. in pr. ff. h. t.* adeò ut si furandi animo domum alterius ingrediatur, nec tamen quippiam contrectet nondum furtum fit, nec actione furti conveniri possit. *l. vulgaris, 21. §. qui furti, 7. ff. h. t. sed alio modo punitur.*

LV. Contrectatio autem fit non solum quando quis rem aliquam atroxet & aufert aut alium in usum transfert, quæ contrectatio vera dicitur, sed est etiam ficta quædam contrectatio quam tamen

tamen considerato effectu jus pro verâ habet, *Def. in π. n. r. ff. h. t.*

LVI. Et hoc pertinent, Procurator falsus, qui se præsentat pecuniam alij numerare jabet, *l. falsus 43. §. 1. ff. h. t.* Fraudulenter in officio versantes, veluti Tutor, Curator, &c. *l. 1. §. fin. l. 2. ff. de Tutel. & ration. distrab. l. Tutor. 33. ff. de furtu. l. si tibi dederim. 25. ff. de Donat. l. etiam furti & l. si servum, 16. C. eod.* Tabellarij & Mandatarij, qui pecuniam commissam in suos usus convertunt, aut consumunt, *l. si mandavero, 22. §. si tibi centum, 7. ff. Mandati, l. 7. si in cui, C. de furtu.*

LVII. An autem hoc verum sit indistinctè, & de pecuniâ, quæ committitur alicui in sacculo conclusa vel obsignata & de eâ quæ tantum annumeratur, dubitationem patitur? *Sichard.* si pecunia annumeretur, transferri dominium & sic non fieri furtum in re propriâ asserit, *in l. 7. C. de furtu. sicq; statuunt. Bartol. & alij in l. ejus qui, 41. vers. quas verò, ff. si certum peratur.* Ab his verò non immeritò dissentimus. Actus enim agentium ultra vel contra mentem & intentionem illorum nihil operatur, *l. non omnis, 19. in pr. ff. de Reb. cred. & l. quod si, 14. ff. de solut. l. obligationum, 3. §. non satis, 1. ff. de O. & A.* jam verò qui nuncio pecuniam ad alium perferendam tradit, licet annumeret eam, nequaquam id agit, ut acquiratur huic pecuniæ dominium, Et alias nunquam dominium transfert nuda traditio, sed ita, si venditio aut aliqua justa causa præcesserit, propter quam traditio sequatur, *inquit Paul. in l. nunquam nudum, 31. ff. de A. R. D. vide Berns disp. 13. tb. 6.*

LVIII. Item illi, qui scienter res furtivas suscipiunt, & celant per *§. contemptum, 4. in fin. just. de obl. ex del. & Leos 14. C. de furtu.*

LIX. Deniq; ij qui opem ac consilium ferunt, *§. interdum 11. Inst. d. t. l. si quis opem 34. h. t.* Opem ferre dicitur, qui ministerium atq; adjutorium ad res surripandas præbet, Consilium dat, qui persuadet & impellit ac consilio instruit ad faciendum furtum, *l. in furti actione, 50. §. pen. ff. h. t. Borch. ad §. interdum, & Vult. ad §. 1. n. 30. Inst. de obl. ex del.*

LX. Finis furci est Lucrum, sine Lucrandi enim intentione furtum non fit, uti antea dictum. Qui igitur non ut lucrum aliquod inde consequatur, sed alium in finem aliquid surripit, aut occultat, eum delicti hujus reum esse nequaquam est statuendum,

vide l. qui eâ mente, 63. & l. 43. §. qui alienum, 4. ff. h. t. l. 8. §. 1. ff. arbor. fur. cas.

LXI. Unde constat, si meretricem alienam ancillam rapuit quis vel celavit furtum non esse, quia causa rapiendi celandive libido fuit, non furtum, *Ulpian, in l. verum est, 39. ff. de furt.*

LXII. Qui Tabulas vel Cautiones alienas surripit lucri sui causâ in furtum, non crimen falsi incidere constat, l. qui tabulas, 27. l. quidam, 32. l. Sempronia, 72. ff. de furt. Ex causa enim finali & proposito distinguenda sunt maleficia, per l. verum est, 39. & l. qui injuria, 53. ff. eod. Si vero non lucrandi animo sed occultandæ veritatis causâ quis tabulas surripiat, non furtum sed falsi potius crimen committi verius est, per text. in l. 16. §. 2. ff. ad L. Cornel. de fals. cum, cui non convenit definitio, eidem neq; definitum conveniat. vide *VVes. in π. ad L. Cornel. de fals. n. 7.*

LXIII. Effectus furti in actionibus & pœnis inde existentibus vertitur, *VVes. in π. n. 12. ff. h. t.* Inquirendum igitur porro est quibus actionibus fures teneantur.

LXIV. Planè inquit imperator, odio furum inductum est, ut pluribus teneantur actionibus, in §. sic itaq; 14. v. planè. *Inst. de Act. non solum rei persecutorijs, sed etiam pœnalibus, ibid. & §. fin. inst. de obl. ex del. adde l. si profure, 7. §. furti actio. 1. ff. de condit. furt.*

LXV. Actiones autem rei persecutoria tres sunt, (1.) Actio ad Exhibendum, quâ agitur, ut res quam aliâ actione petiturus quis est, ipsi exhibeatur, ejusq; videndæ apprehendendæq; copia fiat actori. l. §. 3 & 4. ff. ad Exhib. *VVes. in π. ff. ad Exhib. n. 2. Vult. ad §. præterea, 28. Inst. de Act. n. 17.* Hinc etiam dicitur præparatoria Rei Vendicationis, propter quam potissimum introducta est. l. 1. ff. ad Exhibend.

LXVI. Est igitur (2.) Rei vendicatio, quæ competit ei, qui aut jure gentium, aut civili dominium acquisivit, l. in rem, 23. in pr. ff. de R. U. ad recuperandum rem furto subtractam contra ipsum furem aut quemcunque possessorem sive bonâ sive malâ fidei possideat, l. officium. 9. ff. de Rei Vindic. *Sebn. ad §. fin. Inst. de obl. ex del. n. 2 & §. ex maleficijs Inst. de Act. n. 4.* Et duabus hifce actionibus convenitur non ut fur, sed ut possessor, *Vult. ad §. plane*

S. plane odio furum, 14. n. 3. Inst. de Act. per l. ancilla 12. C. de furt.

LXVII. Sequitur (3.) *condictio furtiva*, quæ in eandem Actor dari sibi oportere, *S. appellamus, 15. Instit. de action. Vtes. in π. n. 3. ff. de Condict. furt.* Dare est dominium transferre & rem accipientis facere, per *l. ubi autem, 75. S. fin. ff. de U. O. & S. sic itaq, 14. Inst. de Act.* nec data videntur, quæ ita dantur, ut accipientis non fiant, *l. non videntur, 167. ff. de R. J.*

LXVIII. Quomodo igitur Dominus contra furem experitur *Condictio furtivâ*, ut res furto subtracta, quæ jam sua est, & cujus dominium non fuit amissum, à fure sibi detur, cum Quod semel meum, amplius meum fieri non possit, per *reg. in d. S. sic itaq, 2.* Hanc esse unam de summis & maximis juris difficultatibus testatur D. Hieronymus, in *l. si quis nec causam, S. res pignori, ff. si certum petatur, quem allegat Schn. ad S. sic itaq, vers. plane. n. 1.* Etsi verò plures istius inveniuntur solutiones apud *gl. & DD.* eorum tamen nulla firmo nititur fundamento, Dicendum igitur est, contra omnem juris rationem & propriam verbi *Dandi* significationem specialiter eam admitti per *d. S. sic itaq, v. plane. & Schn. ibid.* remq; in rei veritate tantum restituui.

LXIX. Est autem *Condictio alia Certi alia Incerti*, *Certi*, si res certa est, *Incerti*, si incerta, *condictio oritur. l. certi, 9. ff. de Reb. credit. in pr. just. de Verb. oblig. Vult. ad S. sic itaq, v. plane, n. 5. Trentl. vol. 1. disp. 22. th. 12. l. 6. Glos. Bartol. Zas. & alij ad d. l. 9. S. 3. de Reb. Cred.*

LXX. *Condictio Certi* competit Domino, *l. 1. ff. de Cond. furt. l. 14. S. 16. de furt.* cujus res fuit cum subtraheretur, non cui post furtum factum dominium acquiritur, *l. 11. de cond. furt.* quia initium obligationis nempe. tempus commissi furti inspicitur, per *l. si procurator. S. in pr. ff. Mandati.* Quamvis ipsi Domino non sit subrepta, per *l. & ideo 12. in pr. ff. de Cond. furt.* Heredibus quoq; eadem actio datur, *d. l. sed nec 11. de Cond. furt.*

LXXI. Cæterum supra dicta obtinent, si Dominium rei furtivæ non suo facto Dominus amiserit, *d. l. 12. in pr. h. t.* Quod si Domini facto dominium ejus rei ab eo recesserit *condictioni locus non est. l. 10. S. 2. & 3 ff. eod.*

LXXII. Con-

LXXII. *Condictio incerti præter Dominum etiam non domino datur, unde Creditor cui res pignori data est, condictione agere potest, si eam subreptam esse asserat, d. l. & ideo, 12. in fine, & l. si pignore, 22. in pr. ff. de pignor. Act. quod & de Commodatario dicendum, per l. fin. §. 3. C. de furt. Wes. in π. n. 6. ff. de Cond. furt. Vand. 1. variar. quest. 34. Treutl. vol. 1. d. 22. lit. c. & de quocunq; bonæ fidei possessore.*

LXXIII. *Tenentur autem condictione furtivâ & ipse fur qui rem contrectavit furtumq; fecit, l. ex furtivâ, §. l. sive 10. in pr. l. qui furtum, 16. ff. de Cond. furt. & heredes, l. 2. & l. 3. & l. si profure 7. ff. de Cpn. furt. non in quantum ex re furtiva locupletiores facti sunt, sed quatenus sunt heredes, ita, ut qui ex asse, in solidum teneatur, si verò plures sint, pro parte eâ, quâ succedunt, quamvis de re furtivâ nihil ad eos pervenerit, per l. in condictione 9. d. t. nec immerito, cum quæstio principalis ablatæ pecuniæ hic moveatur. per l. ult. ff. ad L. jul. pecul.*

LXXXIV. *Quod in hac condictione, quæ occasione delicti nascitur, l. si ambo. 10. §. quoties, 2. ff. de Compens. odio furum specialiter receptum esse voto communiore DD. affirmant, Regulariter enim heredes ex delicto defuncti non tenentur, nisi quatenus ad eos pervenit, l. 1. ff. de Priv. del. l. 38. l. 111. §. 1. ff. de R. J. §. 1. Inst. de perpet. & Tempor. actio. etiam si sit actio rei persecutoria, l. si rem, 42. l. cum autem, 52. ff. de R. V. dum tamen ex delicto, non etiam ex contractu agatur, l. ex depositi, 12. l. ex contractibus, 49. ff. de O. & A. l. 152. §. fin. de R. J. l. 7. §. 1. Deposit. Wes. π. n. 7. de Cond. furt. Treutl. vol. 1. d. 32. th. 13. lit. d. Acriter in contrarium disputat Cujacius lib. 7. obs. c. 37. & l. 13. c. 37. adversus quem tamen pro sententia communiore eleganter pugnat A. Fab. 4. con. 1.*

LXXV. *Nequaquam hæc conditio est adversus eum qui ope tantum & consilio furtum adjuvat propterea, quod ipse rem non contrectavit, quamvis furti teneatur, per text. in l. proinde, §. ff. de Cond. furt.*

LXXVI. *Petimus autem ut res nobis restitatur, l. 8. in pr. d. t. quæ si non exter ejus æstimatio præstetur, l. 3. ff. d. t. ubi Bartol. n. 1. l. fin. C. eod. in quâ illud tempus spectandum est, quo res unquam plurimi fuit, maximè cum rem deteriorè dando, fur non liberetur*

liberetur semper enim moram facere videtur, d. l. 8. §. si ex causa furtiva. i. ff. de Cond. furt.

LXXVII. Hinc est, quod etiamsi res furtiva sine dolo & culpa contestantis interierit, conditione hacse furtivâ tamen teneatur, l. 56. ff. h. t.

LXXVIII. Hæc de actionibus rei persecutorijs. Restat pœnalis, videlicet, Actio Furti, quæ ad solius pœnæ persecutionem. pertinet, §. final. just. de obl. ex del. §. ex maleficiis. 13. de Act. l. si profure, 7. §. i. ff. de cond. furt. l. si pignore, 44. ff. de furt. Quia igitur hæc ad pœnam, illæ verò in rem competunt, & diversos fines sibi propositos habent, hinc fit ut nec actio pœnalis tollat rei persecutoriam, nec contrâ, l. si profure, 7. §. i. de Cond. furt. alias in persecutorijs si una ex eis sit instituta, statim tollitur altera, l. ancilla, C. de furtis. l. ult. C. de Noxal. act. neq; enim bona fides patitur, ut bis idem exigatur, l. bona fides, 57. ff. d. R. l.

LXXIX. Datur hæc actio furti ei cujus interest, rem salvam esse, licet non sit Dominus, l. cuius 10. & seqq. l. fullo, 82. §. 1. l. in cuius, 85. ff. de furt. §. 13. inst. & l. fin. in pr. C. de furt. Itaq; nec Domino aliter competit, quam si ejus intersit, rem non perire, d. §. furti a. actio, 13. l. itaq; fullo, 12. ff. d. t. quodq; interesse promanet ex causa honesta & probabili, l. tum. in 11. l. 12. §. 1. l. 14. §. 3. & 4. d. t. & simul ratione surreptæ rei non aliunde intersit, l. 49 d. t. l. 14. §. 10. eodem. Item heredibus, l. 1. §. heredem, 1. ff. de priv. del. l. 47. de furt.

LXXX. Interesse ejus videtur, qui damnum passurus est, non ejus qui lucrum facturus esset, l. 71. §. 1. ff. de furtis.

LXXXI. Rectè hac actione utitur pater, si filiorum in potestate ipsius existentium aliquis surreptus sit, l. cum qui, 14. §. 13. de furt. Qui quidem quamvis possessionem & dominium filij verè non habeat, l. cum heredes, §. fin. ff. de Aeq. vel amitt. pos. tamen quale quale videtur habere dominium, juxta Bartol. in d. §. si filius am. ita quod adjecta causa sc. jure Romano vel ex Lege Quiritum possit eum vindicare ad similitudinem rei, in quâ verè dominium habet, l. 1. §. 2. ff. de R. V. Hicq; cum teneatur operari, l. quâ actione 7. in pr. ff. ad L. Aquil. sicuti & uxor marito, per l. sicut 48. ff. de oper. libert. ideo duplicatur vel quadruplicatur æstimatio operatum quibus

C

quibus caruit pater propter furtum filij, *juxta gl. & Bartol. in d. §. si filius*. Ipsum enim corpus liberum æstimationem non recipit, *l. liber homo, ff. ad L. Aquil. l. 3. ff. si quadr. paup.*

LXXXII. Creditori quoq; cui pignus à Debitore datum surreptum est, hæc actio competit, *l. itaq; fullo 12. §. sed etsi, l. creditoris, 15. & l. creditoris, 87. h. t.* Interest enim ejus, sive culpâ ejus amissum sit, quo casu tenetur actione pignoratitiâ, *§. ult. Inst. quib. mod. re contrah. oblig. l. 15. in pr. ff. de furtis*. sive nulla ejus culpa intervenierit, quamvis idoneum debitorem habeat, cum expediat ei, pignori potius incumbere, quam in personam agere, *§. unde constat, 14. just. de obl. ex del. l. plus cautionis, 25. ff. de R. J.* Quod si ipse Dominus surripuit, pœnam, quam furti conventus solvit, creditor lucratur, *per l. 79. & 87. ff. h. t.* si vero Extraneus, pœnam in sortem imputare tenetur. *per l. 22. ff. de pignorat. act.*

LXXXIII. Porto datur etiam Conductori, Unde si Fullo ni polienda curandave, aut sarcinatori sarcienda vestimenta mercede certâ constitutâ dederis, & is ea amiserit, non tibi furti actio, cum tua nihil intersit rem perire, quam judicio locati à fullone vel Sarcinatore consequi potes sed ipsi competit, quia custodiam præstare debuit, h. e. quia tenetur si culpa ejus levi res perierit. *l. itaq; fullo, 12. ff. de furtis. §. stem si fallo, 15. Inst. de obl. ex del. quodq; furti agendo præter proprium suum interesse acquirit, id in mercedem imputare tenetur, Horom. ad §. furti autem. Instit. h. t.*

LXXXIV. Quod tamen ita verum est, si æstimationem seu pretium surreptorum vestimentorum solvere possit. Solvendo autem esse nemo dicitur, nisi possit solidum solvere, *l. solvendo, 114. ff. de V. S.* Cum ergo aut planè non aut pro parte saltem solvendo est, tunc quia tua interest rem salvam esse, tibi quoq; hæc actio competit, *per d. l. itaq; fullo, & d. §. 15.* Nam aliâs nullam videretur habere actionem, cui propter inopiam adversarij ignavis est actio, *l. nam 15. 6. ff. de dolo malo.*

LXXXV. Imo etiam Bonæ fidei possessori, si auferatur ei res, quam bonâ fide h. e. alienam esse ignorans emit, quamvis ipsius rei Dominus non sit, *l. 19. §. 1. de furtis*. Nam cum venditor non fuerit Dominus, nec in eum transferre dominium potuit,

potuit, quod ipse non habuit, per *l. nemo 54. ff. de R. J. l. traditio,*
20. ff. de A. R. D. interest tamen ejus, si res quam possidet, surripia-
etur, d. 5. 15. & l. si quis 92. §. sed et si, 4. ff. h. t.

LXXXVI. Is vero qui rem quandam emit, si ea nondum tradita auferatur, non habet actionem furti, sed est adhuc Venditoris ea actio, Periculum enim rei ad Emptorem pertinet, ita tamen si custodiam ante traditionem venditor praestet, *l. eum qui, 14. in pr. ff. h. t. l. 36. de act. Empti.* quo casu si quid agendo fuerit consecutus, id praestare eum Emptori oportebit, Alias competentes ei actiones mandare cogitur, *d. l. 14. in pr. h. t.* Adeo autem non habet actionem Emptor, ut quaesitum sit, an ipse surripiendo rem, Emptor furti teneatur? quod maximè videtur, si antequam pretium solverit, subripuit rem, non si pretium sit solutum, per *d. l. 14, §. 1. h. t.*

LXXXVII. In Commodatario idem, quod de fullone & sarcinatores diximus, observatum fuisse constat ex *§. qua de fullone, 16. Inst. h. t.* Hodiè v. ex constitutione Justiniani in voluntate Domini situm est, num actionem commodati adversus eum, qui rem commodatam accepit movere velit, an furti adversus eum qui subripuit, non considerato eo, num Commodatarius solvendo sit, nec ne, Electa hac actione liberatur Commodatarius, illa vero, furti agit Commodatarius. Neq; enim si unam elegerit ex poenitentia ad alteram postea venire potest, nisi ignoravit vel saltem dubitavit, utramq; sibi competere, *d. §. qua de fullone 16, l. ult. C. de furt.* Istitis namq; casibus juri suo renunciante nemo praesumitur, *l. mater, 19. ff. de in offic. Testam.*

LXXXVIII. Neque vero immerito haec Electio commodatoribus concessa fuit. Cum enim commodatum ex eorum liberalitate proficiatur, & regulariter talis contractus commodatarii gratia suscipiatur, pinguius succurrendum ijs fuit, qui ex liberalitate sua periclitantur, *arg. l. 49. in fin. & l. 50. ff. de Re judicat.* Et alias nemini suum officium damnosum esse debet, per *l. sed si quis, 7. ff. Testam. quemadm. aper.*

L
LXXXIX. Cui vero hæc actio competit, si res deposita furto subtracta sit, An ei apud quem deposita fuit, An autem Domino? Et quidem cum in eo Depositor saltem obnoxius sit, si quid ipse dolo malo fecerit, nec custodiam præstet, adeo ut si rem parum diligenter custoditam furto amiserit ejus restituendæ nomine Depositi non teneatur, quia qui negligentiam amico rem custodiendam tradidit, non ei, sed suæ facilitati id imputare debet, Furti agere non potest, sed furti actio Domino competit, §. sed in 17. Inst. de obl. ex del. §. præterea, 3. Quib. mod. re contrah. obl. l. eum qui, 14. ff. de furt. §. 3.

XC. Quod si dolo suo amiserit, anue tunc habet actionem furti? Minimè, Quanquam enim eo casu ipsius interfit, & Depositi actione conveniatur, tamen ex dolo seu improbitate suâ non debet ei potiri actio, d. l. 14. §. 3.

XCI. Aliud est si in re depositâ culpam quoq; repromisit vel pretium depositionis non quasi mercedem accepit. Nam qui furti actionem habet, per text. in l. 2. §. 22. ff. vi bon. rapt.

XCII. Quemadmodum verò is, cui res, quam bonâ fide possidet, auferitur actione furti agi, & ita è contrario ei qui malâ fide possidet, si res ipsa subripiatur, eadem denegatur, etiamsi ejus interfit rem non subripi. Nemo enim de improbitate suâ sequi actionem debet, l. itaq; fullo, 12. §. 1. ff. h. t.

XCIII. Neq; etiam fur si res, quam ipse antea Abstulerat, ei rursus subtrahatur, l. eum qui, 14. §. Julianus, 4. h. t. Fur tamen interdum furti agit, cujus duos casus esse reperimus, Unus est in l. qui vas, 48. §. si ego, 4. h. t. alter in l. itaq; fullo, §. ult. eod. De cujus verâ lectione & interpretatione videndus est Cujac. lib. 11. obs. t. 11. & 16. c. 30.

XCIV. Tandem hic advertendum, Quod, si dominium rei surreptæ quacunq; ratione mutatum sit, Domino furti actio competit, l. 41. §. 1. l. 47. l. 66. §. 1. h. t.

XCV. Quod eos concernit contra quos hæc actio intentari potest, respiciendum est ad theses aliquot præcedentes, ubi à quibus furtum comitatur diximus, Nam adversus omnes illos eandem habere locum dubio caret.

XCVI. Non tamen prætereundum hic est contra personas in.

in parentum Dominorumve potestate existentes, quas furtum patri-
familias, facere diximus, actione futri agi non posse. Neq; enim in-
ter eos actio nasci potest, per § hi qui in parentum, 12. inst. de obl. ex
delictis. l. is nulla, 4. & l. si a me fuerit, 11. & lib. vix certis, 53 ff. de ju-
diciis. Imò naturā pater & filius eadem esse persona penē intelli-
guntur l. fin. in fin. C. de Impuber. & aliis subst. ideo non jurisconsti-
tutio, sed natura rei impedimento est, ne cum filios familias patec
furti agere possit, quod non magis cum his, quos in potestate ha-
bemus quam nobiscum ipsi agere possumus, inquit l. ne cum filiosfam.
16. ff. de furt. Adde quod qui potest in furem statuere, non necesse
habet adversus eum litigare, per l. Servi, 17. in pr. ff. h. t. & quod mo-
dica castigatio patri ac Domino sit permilla, l. univ. C. de Emend.
Serv. & l. unic. C. de Emend. propinq.

XCVII. Quod si domestici essent correctionis impatien-
tes, tunc ad eundem patrifamilias Index est, ejusq; officium imple-
randum, l. si filius 3 & l. congruentius, 4. C. de patr. potestate.

XCVIII. Si filius habet castrense peculium, pater utili adver-
sus eum agit actione, cum habeat unde satisfaciat, per l. si quis uxori,
52. §. sed si filius meus 5 ff. h. t. Quod castrense peculium si pater filio
subtraxerit, filio pariter tenetur, per d. l. 52. §. 6. h. t. Actio tamen in
factum verbis temperanda est, l. 11 ff. de dolo malo.

XCIX. Et hæc actio quoq; cessat, si uxor marito res quas-
dam subtraxerit, cum lex ita atrocem actionem in personam ita
sibi conjunctam marito dare erubuerit, per l. ult. §. cum autem. 4. vers.
cum enim apertissimi, C. b. t. & in matrimonij honorem turpis hæc
actio denegetur, l. 2. ff. Rer. amotar. Constante igitur matrimonio
Uxor furtum committens, non tenetur furti, sed factio divortio cō-
venitur rerum amotarum actione, nisi post divortium contrectet,
quo casu etiam furti tenetur, l. 1. 2. 3 ff. rer. amot.

C. Qui tamen personis hisce domesticis furtum facientibus
opem consiliūq; accommodaverint, furti tenentur, quia verum-
est opē & consilio, eorum furtum factum esse, §. hi qui in parentum,
12. in fin. just. de obl. ex del. & d. l. si quis uxori, 52. in pr. ff. h. t.

CI. Libe hic annectere quæstionem, An hæ voces Ope
Consilio conjunctim sint accipiendæ an verò separatim? Ad
quam Respondet l. sepe 53. §. 1. d. V. §. Verius esse, separatim acci-
pienda

pienda, quia aliud factum est ejus qui ope, aliud ejus, qui consilio factum facit, sic enim alij condici potest, alij non potest, sanè post veterum auctoritatem eò perventum est, ut Nemo ope videatur, fecisse, nisi & consilium malignum habuerit, Nec consilium habuisse noceat, nisi & factum secutum fuerit.

CII. Neq; etiam prætereunda hic est veterum J Consultorum controversia, Si servus sollicitatus à Titio, ut rem quandã Domino suo Mævio surripiat, & Mævius id servo suo permittat, quã actione teneatur Titius, An furti? An servi corrupti? an verò neutrà? Hanc decidit Imper, statuens utraq; Titium teneri, tum ut puniatur malum ejus consilium, tum propter exemplum, Fieri enim potuisset, ut sollicitator incidisset in servum nequam & improbum, quiq; facillè corrumpi posset. *l. si quis, 20. C. h. t. & §. sed etsi, 8. Inst. eod.*

CIII. Deniq; neq; in heredem hæc actio competit, Est enim regula juris certissima, Ex maleficijs pœnales actiones in heredem rei non competere, §. non autem, 1. *Inst. de perpet. & Temp. action. lite tamen contestatã in heredem transeunt, d. §. 1. ver. pœnales autem, Inst. d. t.*

CIV. Ex hic facillè jam colligere est, ad Quid hæc actio intentetur, videlicet, ad pœnam infligendam, per. §. sex maleficijs, 18. *Inst. de Act. §. ult. de obl. ex del. l. si pignore, 54. §. cum furti actio, 3. ff. h. t. l. si pro fure, 7. §. 1. ff. de Cond. furt.*

CV. Et naturã quidem furta esse turpia & prohibita non est ut dubitemus, *l. probrum 42. ff. de U. S. §. 1. Inst. h. t. verum modus puniendi ea constitui à jure Civili solet, & hinc pro locorum, statutorum, consuetudinum temporumq; diversitate alius atq; alius modus constitui potest, uti monet Vulv. ad §. 1. n. 4. & n. 49. Inst. de Obl. ex del.*

CVI. Alia a pœna in Manifesto alia in nec Manifesto constituta est, In Nec Manifesto est duplum, in Manifesto autem Quadruplum, §. pœna, 3. & §. fin. de obl. ex del. §. ex maleficijs, 18. de Action. illa est Civilis §. sunt autem, 4. *Inst. de Noxal. Action. Gell. lib. 11. c. ult. hæc est prætoria, pr. inst. de Perpet. & Temp. act.*

CVII. Occulta plus punici, quam aperta constat ex 1 non existimo, 54. ff. de Admin. Tutor. & ex l. data, 27. C. de Donat. Quod in furto aliter se habet, ubi aperta plus puniuntur quam occulta, Verùm,
dicendum

dicendum est, Res aliquando esse licitam, aliquando illicitam. Si licita res est, tunc si occultè sit, illicitè fieri præsumitur, & gravius etiam punitur, de quo casu loquuntur alleg. l. Si illicita est, gravius peccat, qui manifestè perpetrat, quam qui occultè. Hinc enim furari sit illicitum, gravius etiam puniendum est, si manifestè, quam occultè, fiat. *Schn. ad §. fin. n. 4. Inst. de Obl. ex Del.*

CVIII. Neq; id injurià, Majorem enim præ se fert impudentiam qui in aggrediendo palam facinorè aliorum vim non extimescit, nec violentiæ inferendæ suspicione caret. *Wes. in π. n. 14. ff. de Furt.*

CIX. Secus est in ijs, qui clam aliquid surripiunt, Hinc Antiquitus Germani Ægyptij & alij quorum meminit *Alex. ab Alex. 6. Gen. dier. c. 10.* furta illa quæ occultè fiunt non solum non puniuntur, sed potius probantur, non quidem ob turpia lucra, neq; ad sumptum libidini præbendum, comparandamve opulentiam, sed propter exercitium & disciplinam rei bellicæ, quod & furandi solertia & assuetudo acueret obfirmaretq; animos adolescentum & ad vigilandi tolerantiam & obrepenti celeritatem, uti refert *Gell. lib. XI. Noct. Att. c. ult.*

CX. Diximus de pœna ad quam civiliter ex furto agimus, Cum vero in omni maleficio non civiliter solum, sed etiam criminaliter, *l. fin. ff. de Priv. del.* ita & in furto criminaliter ad pœnam extraordinariam agi possit, *per l. fin. ff. h. t.* ideo consequens erit, paucis quoq; hoc attingere.

CXI. Est verò de jure Justiniano certissimum pœnam illam extraordinariam non ad mortem extendi, adeò ut ne membro quidem fures mutilari possint, *Authent. sed novo jure, C. de servù fugitivis. Nov. 134. c. ult. vers. pro furto nolumus.* Et *Imp. Leo, Quomodo, inquit,* id legitime correptionis est, si quis cuiquam mortem intulisse convictus non sit, morte puniatur *in constit. 105.* Quamquam antea Jure quoq; civili furtum interdum capitale fuisse ex *l. 15. ff. de cond. causã datã* colligi possit *Vide Cujac. 9. Obs. 27.*

CXII. Sed Imper. Fridericus furtis nimis invalescentibus & crescentibus constitutione Imperij lata constituit, ut Fur, si quinque solidos valens aut plus furatus fuerit, laqueo suspendatur, si minus, scopis & forcipe excorietur, & tundatur, *lib. 2. feud. t. de pœ. c. tenenda, §. si quis quinque solidos.*

CXIII. Soli-

CXIII. Solidos hic intelligere tantum vulgares, valentes 12. denarios videtur, arg. *S. si quis rusticus, d. t. de pace tenendâ, ubi gladius rustici quinque solidi estimatur, quod de aureis intelligi nequit, At eo non attento, pro aureis ipsos accipiendos esse communius D. D. placuit.*

CXIV. Hæc tamen constitutio in casu fractæ pacis, atque Sic defurto seditioso tantum loquitur, ideoq; fures, non ut fures, sed ut pacis turbatores punit, *Trentl. vol. 2, d. 30. th. 3. l. g. Schn. ad S. fin. n. 6. Vult. ad S. 1. n. 58. Wes. in π. ff. de furtu n. 15.* licet in aliis quoq; furtis hanc constitutionem receptam, & à Carolo V. certis circumstantiis concurrentibus confirmatam esse notorium sit, *Peinliche Halsgerichts Ordnung artic. 157. & seqq. potissimum art. 160.*

CXV. Crescentibus enim delictis quin pœnæ quoq; exasperandæ sint, nullum est dubium *l. aut facta, 16. S. fin. ff. de pœnâ.* Nec putandum, cum is, qui delinquit in pecunia, puniatur in corpore, hanc pœnam delicto esse graviolem, *contra illud Noxiæ pœna par esse.* Nam non tam inspicienda est res, quæ furto aufertur, quam malum propositum & delicti Qualitas, quatenus sc. exinde Reipub. salus ledatur, ejusq; status turbetur, Societasq; communis non minus à furibus quam homicidis & Adulteris violetur. *Vide latè defendentem hanc quæstionem Harpr. tr. crim. S. 5. inst. h. t. Wes. in π. de furtu, n. 15. Trentl. d. l. Berus disp. 13. th. 10. & plures alios.*

CXVI. Habet v. locum hæc pœna capitulis, si furtum cum effractione & armis, quibus resistens lædi posset, perpetratum sit, *P. S. O. art. 159. & 160. in fine.* Alias enim *da der Dieb weder gestiegen noch gebrochen noch mit Waffen zu Stelen gangen,* si tum primâ vice furtum commissum, & quinque solidis minus est, fustigationem cum exilio humilioribus, Urphedam pariter præstantibus & furtum ejusve æstimationem restituentibus: pœnam quadrupli honestioribus emendationis vitæ spem facientibus, consentiente tamen superiore suo iudex irrogabit, *P. S. O. art. 158.* sitamen manifestum fuerit. Occultè perpetratum dupli restitutione, aut si non habeat, unde restituere possit, carcere punitur, *art. 157.* Quod si primum furtum adeo magnum sit, ut quinque solidi vel

vel amplius contractatum sit, tum æstimatione rei furtivæ conditione personæ delinquentis, interesse Domini &c. consideratis, Jurisperitorumq; judicio adhibito vel capitalis vel mitior pœna infligenda erit, *art. 160.*

CXVII. Secundâ vice furtum commissum, & quinq; solidorum æstimationem non attingens, indistinctè delinquentem publicè numellis expositum, relegatione coercet, aut territorij in quo delequit fines egredi prohibet, consuetamq; de non vindicando carcere cautionem injungit: Sin verò quinq; solidorum furtum est eorumq; valorem superat consideratis exactè circumstantiis Jcotorum consilium in pœnæ dictatione intervenire cogitur, *art. 161.*

CXVIII. Tertiâ vice perpetratum furtum simplex suspendio punitur, si masculus sit, si verò femina, a quis suffocatur, aliove supplicij genere pro more regionis afficitur, *art. 162.* Quid si unum furtum sit adeo magnum, ita nœtria parva exæquet, annetum laquei pœna imponi potest Maximè, ut tamen ratio habeatur tam personæ, quam rei surreptæ & prudentiores in ejusmodi casu in consilium vocentur, *d. art. 160.*

CXIX. An autem necesse sit, ut tria illa furta in eodem territorio sint commissa, ita ut extra territorium commissio fur non gravetur, quæstionis est? Et puto gravari propter textum *in d. art. in distinctè loquentem.*

CXX. Quæritur etiam, An fur alibi puniri possit, si reperiat cum rebus subtractis, an verò ad delicti locum sit remittendus? sunt qui negant eam ad delicti locum remittendum maximæ auctoritatis Jcti, plures etiam sunt, qui id asserunt, quos adducit Harpr. *intr. crim. §. 5 inst. de obl. ex del. n. 11.* Sed dicendum est, de jure quidem reum criminis remittendum esse ad judicem loci in quo commissum est, *per l. si cui 7. §. ult. ff. de Accusation. Nov. 134. c. 5.* Aliter autem consuetudine ac usu esse receptum, ut sc. delinquentes puniantur ad instantiam accusatorum per eos Judices, quorum sub jurisdictione capti sunt, nec fiat remissio ad locum delicti perpetrati, etiamsi id petatur, nisi forte ex singulari quadam amicitia, *Schn. ad §. suspectus autem, instir. de susp. Tutor. n. 5. aut vicinitatis*

D

mitatis

nitatis iure, idq; sub antigrapho sive literis reversalibus, ut vo-
cant, ipsius Magistratus aut Domini remissionem petentis, quod
videlicet hujusmodi remissio jurisdictioni remittentis non sit fu-
tura nocumento, sed sine præjudicio, ut inquit Gail. lib. 1. de pæ-
ne publ. c. 16. n. 31.

CXXI. An verò fur qui in crucem agitur nihilominus res
furto ablatas vel etiam earum æstimationem restituere cogitur?
Affirmandum id censeo, cum diversa sint Actio Furti, & Con-
dictio, Illa est ad pœnæ persecutionem, hæc ad rei recuperatio-
nem, Ex soluta autem pœnâ nihilominus durat condictio, l. si
pignore. 54. §. 3. ff. de furt. Berns disp. 13. q. 7.

CXXII. Quod si cum re furtivâ deprehendatur fur, & à
Judice ad mortem condemnetur, dubium existit, Ad quem res
furtiva pertineat, Num ad Fiscum, Num vero ad eum cui sub-
tracta erat? Hoc verius esse existimo, arg. l. si captivus, 20 ff. de
captiv. & postlîm. rev. ubi expulsis ex agro hostibus, domina
agrorum quos ceperant ad priores Dominos redire oportere
dicitur, Nihil enim deliquit Dominus, & hinc ob furis deli-
ctum eum puniri iniquissimam foret, cum Ubi noxa, ibi etiam
debeat esse pœna, per l. sancimus, 22. C. de pœnis. quia pœna est
noxæ vindicta, l. aliud 13. ff. de V. S. nec deceat quenquam cum
alterius detrimento fieri locupletiozem, l. 206. ff. de R. J. l. nam
hoc de Cond. indeb. confer. P. 3. O. art. 207.

CXXIII. A pœnâ furti vel penitus liberandus est vel mi-
tius puniendus, qui urgente fame necessitatis tempore edulia
furatus est, per c. 3. extr. de furt. c. fraternitas, 11. 12. q. 2. c. discipu-
los de consecrat. dist. 5. Gail. 1. obs. 142. n. 8. Franc. Viv. lib. 2. comm-
opin. n. 1. & seq. confer. P. 3. O. art. 166. Tempore enim necessi-
tatis cibaria solent esse communia, l. 2. §. 2. ff. ad L. Rh. ed. de ja-
ctu. l. 162. de R. J. & licita, quæ aliàs prohibita sunt, l. fin. C. de
patr. qui filios distrax. Tenetur tamen, si ad meliorem fortunam
redierit, restituere, uti tradit Fr. Viv. d. l. Treutl. vol. 2. d. 30. th. 3.
lit. b.

CXXIV. An vero suspendendus liberetur per puellam i-
psam in matrimonium petentem, controversæ quæstionis est?
Ego id fieri posse nequaquam censeo, Publicè enim interest
delicta

delicta non manere impunita, l. ita vulneratus 51. §. quod si quis, 2. ff. ad L. Aquil. l. 3. C. de Episc. Audient. Solius etiam principis pœnam ejusmodi remittere l. divi fratres, 27. ff. de pœnis. Imò ne illius quidem si jure divino præstituta sit pœna, arg. Lev. 19. 15. Deut. 25. 1. & seq. Sam. 15. 9. Quid? quod iudex qui pœnam in atrocioribus delictis differt aut omittit, aut molliorem, quam quæ ab Imp. præstituta est, profert, infamiâ notetur, l. servos, 8. §. 2. C. ad L. jul. de vi publ. vel priv.

CXXV. Non omittendus est rarus ille casus, si fur rupto laqueo in terram vivus deciderit, Num is debeat adhuc strangulari? Affirmant id gravissimi Jcti, quos recenset, *Treutl. vol. 2. disp. 30. th. 3. lit. g.* quorum sententiæ ut de jure veteri subscribendum erit, Nondum enim eo casu facta est sententiæ executio secundum promulgatam formam, daß er mit dem Strang vom Leben zum Tode soll hingerichtet werden / uti habet *P. 59. C. art. 162.* Nec est, quod miraculo casum istum adscribamus, cū nō destitutus sit suis naturalibus causis, ex quibus accidere possit, infirmitate sc. funis, & suspensi gravitate. De quibus si non satis constabit, tunc in hoc casu aliqua innocentia prælumi potest, ita ut executione tantisper suspensâ plenius de causâ cognoscatur. Quod si iterum sufficienter probetur delictum, erit quoq; rursus suspendendus, *Berns disp. 13. th. 11.*

CXXVI. Controversitur etiam, An Cadavera suspensorum sepelienda an vero in patibulo relinquenda sint? Et constat non solum cognatis sed quibuslibet petentibus corpora punitorum ad sepulturam danda esse, *ex l. 1. & 3. ff. de cadaver. punitor. & l. 17. C. de Reliq. & sumpt. fun.* Illud tamen interdum non permittitur, maxime majestatis causa damnatorum, *per d. l. 1. de cadav. punitor.* uti etiam hodiè corpora suspensorum non sepeliri, sed ad exemplum in fur eâ relinqui videmus, l. capitalium, 28. §. famosus. 12. ff. de pœnis, *Wes. in π de Cadav. punitor.*

CXXVII. Tandem quoq; hic adjungimus Furta Domestica, utputa à Servis Clientibus Libertis, Mercenarijs &c. commissa si viliora sunt publicè non esse vindicanda, l. 11. §. 1. ff. de pœnis, nec eorum nomine furti actionem nasci, l. 89. ff. de furtis.

CXXVIII. His itaq; de Furtis in genere ita positis quasdam, adhuc actiones speciales, quæ huic tit. de furt. in suis an. nectuntur, subjungemus.

CXXIX. Inter eas autem primum locum tenet Actio de Tigno juncto. Tignum à tegendo dicitur & hujus appellatione omne genus materiæ & ædificiis & vineis necessariæ significatur. Ad ædificia quidem pertinent trabes, lapides, cementa, lateres calx, arena &c. ad vineas autem, perticæ, pedamenta &c. §. eum in suo solo 29. instit. de Rer. divis. l. 1. ff. de Tigno juncto l. tigni 7. ff. ad Exhiben. l. a deo 7. §. cum in suo Solo, 7. ff. de A. R. D. l. tigni, 62. ff. de V. §.

CXXX. Tignum igitur furtivum si quis ædibus vel vineis suis junxerit, adversus eum datur Actio de Tigno juncto ex Lege XII. Tabb. quâ cavetur, ne quis tignum alienum ædibus vel vineis suis junctū eximere cogatur, quod providenter lex effecit, ne sub hoc prætextu ædificia dicuantur, & ruinis deformetur urbis aspectus publicus, per l. 2. & 3. C. de Ædific. priv. l. præscriptio, 6. C. de oper. publ. l. 2. §. si quis nemine, 11. ff. nequid in loco publico. Aut etiam vinearum cultura turbetur, sed ut qui junxisse convictus sit duplum præstet, per ll. in præced. tb. alleg.

CXXXI. Tenetur autem actione dupli non solum qui sciens, sed etiam, qui ignorans furtivum esse, bonâ fide junxit, ex hac ratione, quod tignum apud eum conceptum sit, quod vindicari nequit, Cujac. in paratit. ff. de tigno juncto.

CXXXII. In quemtamen pœna isthæc levior est quam in scientem seu furem. Ille enim præterea nullâ potest conveniri actione, in hunc vero præter duplum est etiam ad Exhibendum actio & vindicatio, non ut rem restituat, sed ut in æstimationem condemnatur, quasi dolo malo fecerit, quo minus possideat, per l. 1. in fin. ff. de Tigno juncto, cum qui tignum ædibus jungit, ædes quidem possideat, nequaquam verò tignum, per l. qui universos, 3. in pr. ff. de Acq. vel amitt. poss. interp. ad §. cum in suo Solo, instit. de Rer. Divis.

CXXXIII. At si duplum Dominus sit consecutus reliquæ actiones

actiones contra bonæ fidei possessorem cessant, s. cum in suo Solo.
inst. de rer. div. l. 2. ff. de Tigno juncto, Goedd. ad l. 62. ff. de V. S.

CXXXIV. Est etiam in ignorante pœna hæc lenior, cum in eo non sit pœnalis, in sciente verò pœnalis, Cujac. in π. ff. de Tigno juncto, imò cum in eò non sit famosa, in fure a. famosa, per l. 8. C. ex quib. caus. infam. irrog.

CXXXV. Sequitur alia Actio quæ prodita est à prætorè in eum, cui Testamento libertas relicta est, si is hereditate jacente dolo malo aliquid surripuisse aut corrupisse dicitur. Nam cum hereditati non fiat furtum, aut si fiat, uti veteres censuerunt post libertatem ex antefacto Domino non sit furti actio, l. 1. h. t. maximè autem æquum sit protervitatem & callidatem horum, quæ hereditates de populantur, non manere impunitam, ideo tale prætor proposuit Edictum, Si dolo malo ejus qui liber esse jussus erit, post mortem Domini ante aditam hereditatem in bonis, quæ ejus fuerunt, qui eum liberum esse jusserit, factum esse dicitur quo minus ex his bonis in heredem aliquid perveniret, in eum intra annum utilem dupli judicium dabo, uti habet l. 1. in pr. ff. de Tigno juncto.

CXXXVI. Competit etiam hæc actio heredi, cæterisq; successoribus, d. l. 1. §. 13. & 18. contra plures etiam, qui statu liberi cum essent dolo aliquid ad miserunt, & quidem singulos in solidum, per l. 1. §. 19. ff. h. t. cum notâ infamæ, l. si te. 12. C. ex quib. caus. infam. irrog.

CXXXVII. Præter hanc actionem, quæ non solum ad furta sed ad omnia damna hereditati data porrigitur, d. l. 1. §. 14. h. t. esse & rei vindicationem constat, d. l. 1. §. 17. h. t.

CXXXVIII. Præterea alia quoq; ex jure prætorio est actio quæ similiter datur in duplum, adversus eum, qui non fecit furtum, puta, Nautam, Cauponem, stabularium, si modo à quocumque eorum factum sit, quorum operâ navem, cauponam, stabulum exercet, t. t. furti advers. Naut. & c. Bonos enim servos ad tale ministerium eligere debet, per l. cum si exhibuissent, 32. ff. de Publican.

CXXXIX. In potestate tamen ejus est, cui res surrepta est, utrum cum Exercitore honorario jure, an cum fure jure Civili experiri velit, *l. unic. §. 3. ff. furt, adv. Nautas Caup.*

CXXX. Quod si receperit saluum fore, furti actionem non Dominus rei surreptæ, sed ipse habet, qui recipiendo periculum custodiæ subijt, *d. l. unic. §. 4. ff. h. t.*

CXLI. Porro si à familia furtum factum esse dicatur, optimè Prætor Edicto Domino prospexit. Est enim in Domini arbitrio, ut, siquidem velit dedere noxios servos, possit omnes dedere, qui participaverunt furtum: Si verò æstimationem offerre maluerit, id præstando, quod, si unus liber furtum fecisset, præstandum esset, liberetur, & familiam retineat, *per l. 1. in pr. ff. si fam. furt. sec. dicitur* videlicet pœnæ nomine duplum, conditionis simplicium, *l. 2. ff. d. t.*

CXLII. Quæ tamen facultas tribuitur Domino, si ignorante eo furtum factum sit, *d. l. 1. §. 1.* Quid si sciverit, & prohibere potuerit? tunc & suo, & singulorum nomine conveniri potest noxali judicio, nec unâ pœnâ exactâ tollitur altera, nec æstimatione unâ, quam liber homo offerret, defungi poterit, *per d. l. 1. §. 1. ff. d. t.* Quid si sciverit, & tamen prohibuerit? Dicendum est, eam uti Edicti beneficio, *per d. text.*

CXLIII. Postrema est Actio arborum furtim cæsarum, quæ datur Dominis etiam utilibus, non usufructuarijs aut colonis, *l. 5. §. 2. & 3. ff. arb. furt. cas.* Imo quamvis pœnalis etiam heredibus cæterisque successoribus, non autem in heredem, *l. 7. in fin. d. t.* Sed adversus eos qui cædunt, sive unum, sive plures, in solidum in singulos, *l. 6. & 9. ff. d. t.* imò adversus mandantem, *l. 7. §. 4 d. t.* & quidem in duplum, *d. l. 7. in fin.* faciendâ æstimatione quanti Domini interfit non lædi, ipsarumq; arborum pretium deduci oportet, ejusq; quod superest æstimationem fieri, *per l. 8. in pr. ff. arb. furt. cas.* quæ Actio quamvis pœnalis sit, tamen perpetuâ est, *l. 7. §. 6. h. t.*

CXLIV. Tenentur vero alijs quoq; actionibus, ut furti si lucrificandi causa contrectarint, & conditione & ad Exhibendum, *d. l. 8. §. 2. & ex L. Aquila*, ut tamen Judex in posteriore deducat id, quod ex primò actor consecutus est & in reliquum con.

condemnet. l. 1. ff. h. t. imò puniuntur tanquam latrones, maxime si vites ceciderint, per l. 2. ff. h. t.

CXLV. Hæc de furtis. Jam ad alterum delictum accedemus, quod est Rapina, Rapere significat de manu auferre. l. sed eximendi. 4. ff. ne quis eum, qui in jus voc. Et Rapina est violenta & fraudulosa rei contrahatio. Treutl. vol. 2. d. 30. th. 4. Schn. Vult. Borch. & alij Inst. h. t.

CXLVI. Absq; dolo malo Rapina non committitur, per S. ita tamen, l. Inst. vi bon. rapt. l. 2. S. dolo autem, 2. ff. eod. Is autem semper præsumitur, per l. 2. S. doli, 5. ff. d. t. & l. item si cum exceptione, 14. S. eum qui 13. ff. quod met. caus. Illicita enim dolo malo fieri semper præsumuntur, per l. si non convicij, 5. C. de Injurijs, & l. 1. C. ad L. Cornel. de Sicar. doloq; malo quis facere videtur, si-ve ipse quis rapiat, si-ve cogat homines, si-ve ab alio coactis utatur, per l. 2. S. dolo. 2. ff. h. t.

CXLVII. Præter eos autem, qui doli sunt incapaces neq; ij in delictum hoc incidunt, à quibus dolus abest, Abesse dolus dicitur, quando quis aliquo errore ductus, rem putat suam esse, & imprudens juris eò animo rapit, quasi Domino liceat, etiam per vim rem suam à possessoribus auferre per d. S. ita tamen, just. h. t.

CXLVIII. Animadvertentem autem Imp. hoc ipso viam aperiri raptoribus, per quam impunè suam avaritiam possint exercere, quippe prætextibus quibuslibet, se fuisse in eà opinionè, quod rem cuiq; suam rapere liceret, Quare constituerunt, ut nemini liceat vi rapere vel rem mobilem vel se moventem, quamvis sua sit, vel suam eandem esse existimet, si itaq; quis contra fecerit, rei dominio, si res ejus est, cadit, si verò aliena est, eam restituere & ejus insuper æstimationem præstare compellitur, per S. 1. Inst. h. t. & S. sed ex constitutionibus, 6. Inst. de interd. l. si quis in tantam, 7. C. unde vi.

CXLIX. Quod obtinet in cujuslibet rei mobilis & immobilis ablatione vel invasione, per d. S. 1. in fin. Inst. h. t. de quo Baldum dubitasse, in d. l. 7. C. unde vi mirum est, cum Justinianum S. 6. habuerit interpretem, inquit Lindem. disp. 8. tit. 2. th. 14.

CL, Quid

CL. Quid vetò si Mulier, Rusticus, miles, & similes rem suam imprudenter ab alio auferant, ane huic constitutioni subjacent? Et his subveniri æquum erit, cum has personas ob ignorantiam, juris quadantenus excusari constet, *ex l. 1. §. ult. ff. de Edend. l. 3. §. ff. quæ ignorans 13. ff. ad SCtm. Sillan. 12. §. fin. ff. de jure fisci*, quod tamen ita limito, si iis consulendi peritiores facultas desit, quæ si fuerit, nec consuluerint, quin incurrant in hanc pœnam, nullus dubito, *Harp. in §. 1. instit. in bon. rapt. n. 9.*

CLI. A debitore tamen fugiente res, quas secum portat propriâ autoritate auferri possunt, *per text. in l. att. prator, 10. §. §. si debitorem, 16. ff. quæ in fraud. credit.* quod ampliatur, etiam procedere, etiam si nondum dies solutionis venerit, *per l. quæsitum, 24. ff. de Pignor.* imò si solum de fugâ sit suspectus, quando sc. in fugæ præparatione est, licet non sit in actu fugendi, *gl. & DD. in d. l. quæsitum, in verb. interest. vide etiam Schn. qui ad hoc quæstor necessaria ponit, ad §. actio, instit. de act. n. 16.*

CLII. Rapina est Rerum Mobilium corporalium imò unius rei etiam minimæ, *per pr. inst. h. t. & l. 2. §. vel. cujus. 8. ff. ead. Nov. 63. c. 1.* quamvis Edictum loquatur in numero plurali Verbo enim plurali etiam rem contineri singularem, in jure non est novum, *per l. non est sine liberu, 148. ff. de V. S.* quod tamen secus est in bonorum possessione, cum non singulæ res, sed universitas ibi requiratur, *per l. 208. ff. d. t.* Non autem rerum immobilium, in ijs enim si adhibeatur vis, proprio nomine dicitur invasio, & de hac est interdictum Vnde vi, vel Actio in duplum ex constitut. *l. si quis in tantum. C. Unde vi,* sic etiam, si stupri inferendi causa virgo vel vidua cujuscunq; conditionis rapiatur, est Tit. C. de Raptu Virg. & §. item Lex Julia de Vi publ. instit. de publ. judic.

CLIII. Requiritur autem, si rapina facta dicatur, ut violentia sit adhibita. Ea autem nõ solū cum armis sed & sine armis inferitur, *per l. 2. §. item si proponas 4. ff. h. t.* imò etsi quis alterius domum ingressus nemine ibi existente res quasdam rapuit, tamen si vim facere paratus fuerit, quando resistentem invenisset, de vi tenetur, *per l. si quis uxori. 62. §. si quis ex domo, fin. ff. de Furt. Schn. ad §. ex maleficiis, vers. vi bon. raptorum, n. 10. inst. de Actio.*

CLIV. Hinc

CLIV. Hinc constat Raptorem à fure, qui clandestinè
facit, plurimum differre, cum hic delictum suum celet, ille verò
publicet, & crimen etiam publicum admittat, per l. 2. §. si in re,
24. ff. h. t. Raptor ergo omnis etiam fur est, non contrà. Imò
est improbius fur uti Juliano dicitur, in l. 2. §. ceterum 10. ff. b. t.
unde id refert Ulpianus, in l. item si cum exceptione, 14. §. qui vim in-
tulit, 12. ff. quod met. caus. & rectè ita dici inquit imper. in. pr.
inst. h. t. Atrociorum quoq; furem appellat Ulpian. in l. 1. ff.
de Efrac. & Expil. Cujac. lib. 6. obs. c. 2. v. l. 80. §. 3. ff. de
furtu.

CLV. Quamvis vero Raptores pluribus actionibus ut
Lege Aquil. Furti, Rei Vindicatione, d. l. 2. §. 10. ff. & pr. inst. h. t.
civiliter conveniri queant, & præter has etiam contra eos accu-
satio criminælis competat ex L. Julia de vi publicâ, t. t. ff. & C.
de Vi priv. & ad L. Jul. de Vi publ. l. unic. de rapt. Virg. quæ ad ulti-
mum quoq; supplicium extenditur, P. 3. O. art. 162 Tamen-
cum, quæ atrociter & notabiliter fiunt, ea nisi notentur speciali-
ter, videantur quasi neglecta, l. nem apud. 15. §. ait prætor, 20. ff.
de injur. Ideo prætor, ut innotesceret se curam agere reprime-
ndæ tantæ improbitatis, per l. 3. §. 1. ff. Naut. Caup. propriam
quoq; hujus delicti nomine actionem introduxit, quæ dicitur
Vi bonorum Raptorum.

CLVI. Quæ datur non solum Domino, sed omnibus, quo-
rum ex honesta causa interest, rem non esse Vi ablatam, quales
sunt, Commodatar. Depositar. Creditor. Conductor & c. non ut do-
minium, acquirant, sed illud solum quod ex eorum bonis h. e.
substantiâ eorum ablatum esse proponatur, per §. fin. inst. h. t. &
l. 2. §. in hac actione, 22. & seqq. ff. eod. imò etiam hæredibus ali-
isque successoribus quia continet quoque rei persecutio-
nem.

CLVII. Non autem contra heredes, ne quidem quatenus
ad eos pervenit, contra communem mixtarum actionum naturam,
l. 16. §. hæc actio ff. quod met. caus. l. 26. ff. de dolo malo. §. non autem,
1. inst. de perpet. & Temp. actien, l. toties, 44. & l. si uti, 38. ff. de R. J.
E Suffi.

Sufficere enim aduersus eos conditionem prætor putavit, l. 2. §. *fin. h. t.* Neq; etiam contra Christianum, vim Judæo inferentem, qui duplum restituere compellitur, *uti volunt Impp. Honor. & Theodos. in l. Christianus, 6. C. de Pag. & Sacr.*

CLVIII. Intra annum utilem, (quem adhuc durare opinor cum non sit correctus per l. *fin. C. de Temp. in integr. restit.* Ubi loco utilis anni, imp. introduxit quadriennium continuum, quod locum habet in restitutionibus concedendis, non in aliis, *Schn. ad §. ex maleficiis, v. vi bonorum raptorum, n. 11. instit. de Act. & ad pr. inst. h. t. n. 13.*) actio hæc est Quadrupli post annum simpli, l. *prætor ait, 4. §. 8. ff. h. t. & l. 2. cum 3. seqq. C. eod.* in quo tamen quadruplo inest & rei persecutio, ut pœna saltem sit tripli, siue comprehendatur raptor in ipso delicto, siue non, per *pr. instit. h. t. l. 2. §. in hac. actione, 10. ff. h. t. & inde Mixta dicitur, in §. vi autem bonorum, 19. inst. de Action.*


CLIX. Dixi Actionem vi bonorum Raptorum esse Mixtam & Annalem, Hinc inferat aliquis, Ergo Raptor mitius punitur, quam fur in quem actio tota est pœnalis & perpetua contra illud, Ridiculum est, levioris conditionis esse eum, qui vi rapit, quam qui clam amovet, in *pr. instit. h. t.* Sunt certè plurimi eâ in opinione, quod mitius cum raptore quam fure agatur, qui etiam nimium setorquent, dum rationes illud evincentes, quarunt, sed has, cum conjecturæ potius sint, quam veræ rationes, brevitatis gratiâ hic prætereo. Sanè si cum furti manifesti pœnâ conferatur Vis bonorum raptorum pœna, facile largior hanc esse leniorem, quippe ejus actio in quadruplo quidem versetur, sed ita tamen, ut in eores contineatur, quod secus est in alterâ. Verum sciendum est, actione vi bonorum relicta, quando in ipso delicto raptor deprehensus sit. Eum conveniri posse actione Furti Manifesti, quia fur manifestus est, l. *si vendidero, 80. §. cum raptor. ff. de furtis*, quando verò in delicto non deprehenditur raptor, præter furti nec manifesti hac vi bonorum raptorum actione, Quod prætori non videretur sufficere actio nec manifesti furti, ea que si agatur, nihilominus etiam agi poterit Vi bon. rapt. ad residuum intra annum sc. ad aliud duplum. Ideoq; ridiculum est, inquit

inquit Vultejus, quære cur mitus puniantur Raptorès eâ actione, quâ tamen non conveniuntur, nisi is, cui raptum est, eâ agere malit, qui etiam tunc sibi imputare debet, quod graviozem habens, mitiori tamen actione experiri maluerit, ad pr. inst. h. t. n. 11. & seqq. Treutl. vol. 2. disp. 30. th. 4. l. e. Borch. instit. h. t. & alij.

CLX. Ut autem in Quadruplum fieri possit condemnatio, Actoris est Expressere quantitatem & valorem rerum subtractarum, Hiuc dubium est, si Reus neget, se tot & tantivaloris res rapuisse, quomodo valor iste sit probandus? Et dicendum, si legitimè prius probata sit violentia, cujus probationes meridiana luce debent esse clariores, *arg. l. fin. C. de Probat. tum propter probandi res ablatas difficultatem, quæ est ubi ad oculum res demonstrari nequeunt, ut tradit Bartol. in l. in actionib. n. 12. ff. de in litem jurando. præcedente taxatione iudicis pro personarum atq; negotij Qualitate actoris juramento standum esse, per l. si quando, 9. C. unde vi, quod limitatur procedere, quando immediatè agitur contra ipsum delinquentem, secus si contra tertium, qui pro delinquente tenetur. Vide Schm, ad S. ex maleficiis, vers. vi bon. rapt. inst. de Action. n. 11.*

Et hæc pro ingenij tenuitate hac vice sufficiant, Pedem igitur jam sisto Et, cum quo cæpi, sic cum te finio JESU.






CLIV. Hinc constat Raptorem à fu-
dit, plurimum differre, cum hic delictum
publicet, & crimen etiam publicum admitta
24. ff. h. t. Raptor ergo omnis etiam fur est,
est improbior fur uti *Juliano* dicitur, in l. 2.
unde id refert *Ulpianus*, in l. item si cum excep
tulit, 12. ff. quod met. caus. & restè ita disci
inst. h. t. Atrociorum quoq; furem appe
de *Efrac. & Expil. Cujac. lib. 6. obs. c. 2.*
furrù.

CLV. Quamvis vero Raptores plu-
Lege Aquil. Furti, Rei Vindicatione, d. l. 2.
civiliter conveniri queant, & præter has etia
satio criminelis competat ex L. julia de vi p
de Vi priv. & ad L. jul. de Vi publ. l. unic. de rap
tum quoq; supplicium extenditur, P. 3.
cum, quæ atrociter & notabiliter fiunt, ea ni
ter, videantur quasi neglecta, l. item apud. 15.
de injar. Ideo prætor, ut innotesceret se cur
da tantæ improbitatis, per l. 3. §. 2. ff. Nau
quoq; hujus delicti nomine actionem intro
Vi bonorum Raptorum.

CLVI. Quæ datur non solum Domini-
rum ex honesta causa interest, rem non esse V
sunt, Commodatar. Depositar. Creditor. Condu
minium, acquirant, sed illud solum quod ex
substantiâ eorum ablatum esse proponatur, p
l. 2 §. in hac actione, 22. & seqq. ff. eod. imò et
isque successoribus quia continet quoc
nem.

CLVII. Non autem contra heredes, n
ad eos pervenit, contra communem mixtarū
l. 16. §. hac actio ff. quod met. caus. l. 26. ff. de do
inst. de perper. & Temp. actien, l. toties, 44.
E



estine
verò
in re
Imò
f. b. t.
im in-
in. pr.
l. l. ff.
ff. de

us ut
st. b. t.
accu-
& C.
dulci-
men-
ciali-
20. ff.
men-
iam-
icitur

quo-
uales
t do-
h. e.
b t. &
s ali-
cutio-

tenus
uram,
autem,
de R. J.
Suffi.